Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Sev Manvale Episcoporvm Pro Decretis in Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Personae infames.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

Visual Library

V. Horæ Canonicæ num. 29.

10 Si penſio minor ſit ſexaginta ducatis de camera, non tenetur ad habitum clericalem. Sixt. V. An. 1589.

11 Penſionarius habetur pro Clerico beneficiato ad effectum priuilegij fori, ſi incedat in habitu. Deciſum refert Garz. *parte. 1. cap. 5. num. 70.*

12 Illegitimi clericorum filii non poſſunt habere penſiones ſuper beneficia quę parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 15.*

13 Oneratus penſione non debet ſoluere de fructibus Canonicatus grauari fabricæ, ſeu ſacriſtię, ſi ea eſt conſuetudo, niſi de fructibus, quos liberè percipit, cum fideiuſſione ſoluendi reliquum, cum penſio ceſſauerit. Prou. 2.

14 Penſio ſoluitur in fine ſemeſtris, non pro rata menſium, quibus vixit Penſionarius. Naldus *Penſio nu. 9.*

15 Non tranſit penſio ad ſucceſſorem in beneficio, niſi à Papa reſeruetur. Leo *ſupra nu. 31.* & eſt neceſſarius conſenſus eius, cui beneficium Epiſcopus cōfert. idem *ibid. num. 73.*

16 Extinguitur penſio per religioſam profeſſionem, prout vacant beneficia. idem *ibid. nu. 73.*

17 Penſio amittitur per contractum matrimonii. DD. apud Barboſ. *alleg. 57. nu. 206.*

18 Extingui poteſt anticipatis aliquot ſolutionibus ſine auctoritate Papæ. Leo *vbi ſupra num. 74.* negat Moneta *de diſtribut. nu. 52. cum Nau. cap. 23. num. 111. & Nald. Penſio num. 10.*

19 Penſiones in Cancellarijs Epiſcoporum aſſignatæ, niſi ſint iuridicæ, tollantur. Prou. 1.

20 Incapacitas beneficiorum, ratione homicidij, non extenditur ad penſiones. deciſum refert Riccius *in Praxi deciſ. 524. num. 4.*

V. Benef. Paroch. prouiſio, num. 56. Pluralitas. num. 14. Benef. permutatio numer. 9. Concio ſacra. num. 58. Eccleſia. num. 17. Filij clericorum illegitimi. num. 22. Fori priuilegium num. 15. Illegitimi. num. 14. Ordines maiores. nu. 9. 10. Seminarium Clericorum. num. 34. Subſidium caritatiuum. num. 15.

Peregrinationes ſacræ.

1 NVllius Sacerdos, aut Clericus ſine litteris, & benedictione Epiſcopi, ſe committat itineri, peregrinationis cauſa. Prou. 4.

2 In litteris exprimantur comites. *ibid.*

3 Nec oſtiatim quærites, niſi ex voto, vel alia cauſa ab Epiſcopo probata in ſcriptis. *ibi.*

4 Reuerſus adeat Epiſcopum, ſeu Vicarium. *ibid.*

5 Laici eadem præſtent cum ſuis Parochis. *ibid.*

Perſonæ infames.

1 ASſignato meretricibus loco in ciuitate pro earum incolatu extra fines illius ne habitent. Prou. 5.

2 Qui domum eis locauerit extra, excommunicatione puniatur. *ibid.*

3 Neq; habitent propè Eccleſiā. Prou. 4.

4 Contra caupones, qui eas alunt in cauponis ad turpem quæſtum, agatur pœna interdicti, & aliis grauioribus. Prouinc. 5.

5 Amictum aliquem habeant, quo dignoſcantur. Prou. 1.

6 Ne vltra diem commorentur in tabernis publicis & cauponis. *ibid.*

7 Non eſt eis prohibenda auditio Miſſæ, neq; diuinorum officiorum. Congr. Epiſc. 23. Iulii 1602.

8 Vicelegatus non poteſt eiſdem concedere laruæ vſum, quibus prohibuit Epiſcopus eadem 9 Martii 1604.

V. Benedictio. nu. 18. Iuſpatronatus. nu. 19. Monialium monaſteria. num. 23. Oblationes. num. 8.

Peſtis.

1 TEmpore peſtis tenetur Parochus miniſtrare Sacramenta ſaluti neceſſaria, vel dare ſuis expenſis, qui miniſtret. Sà. *Parochus.*

2 Si Parochus hoc tempore renunciet beneficium, non debet admitti renunciatio. Rodr. *in ſum. caſ. conſc. par. 2. cap. 37. num. 3. ad vlt.*

3 Deficientibus Curatis tenentur ſacerdo-